

36

cc)

180

In obitum

ILLVSTRISS.

AC POTENTISSIMI

PRINCIPIS AC. D. D. CHRISTIANI

DVCIS SAX. SACR. ROM. IMP. ARCHI-

narschalci ac Electoris, Landgrauij Tu-

ringiae, Marchionis Misniae, Burg-

grauij Magdenburgensis

EPITAPHIVM

Scriptum à

Ioh. Fritschio D.



GORLICII

Imprimebat Ambrosius Fritsch,

Anno

VnCis ChrIstIcoLis LVgVbrI, tristI
SaXonIbVs & aboMinabIlI.

425



7
M O N I T O R I U M
S E R E N I S S I M I
Serenissimi ac potentissimi Princi-
pis ac Dn. Dn. CHRISTIANI Ducis
Sax. Electoris, &c. Filijs
Illustrissimis

D. CHRISTIANO, D. JOHAN-
NI GEORGIO, & D. AVGVSTO, Ducib. Sax.
Landgravijs Turingia, Marchionib. Misnia, Burggra-
vijs Magdenburgensib. Dominis suis clementissimis,
Subiectissimæ reuerentiæ, & mæstissimæ erga
afflictam patriam affectionis declaran-
de gratia, Fac. & dedic.

Ioh. Fritschius D.



MONΩΔΙΑ

IN PRÆMATVRVM,

CHRISTIANIS omnibus luctuosissi-
mum obitum

SERENISSIMI ET

CHRISTIANISSIMI HEROIS, PRIN-

cipis ac Dn. Dn. CHRISTIANI Ducis Saxoniae, Sacri

Rom: Imperij Archimarschalci & Electoris, Comitis

Prouincialis Thuringiae, Marchionis Misniae, Burg-

grauij Magdeburgensis, &c.

DOMINI S. CLEMENTISSIMI.



Heu Saxoniae ille, CHRISTIANVS,
Princeps Maximus occidit, sacrata
CHRISTI dogmata corde Christiano

Qui fouit, coluitq; singulari
Fus & Iustitiam fide, tuendo
Oppressos, miserosq; subleuando.

Vos o Christocolae orbe in vniuerso

Quotquot degitis undiquaq; cuncti,

Imprimis viduae, orphani, grauemq;

Vim passi. Omnibus hac enim peremta

A ij

Vobis

Vobis luce salus, & una spes est.)
Contabescite luctibus gementes.
Aequus Nobiliumq; Ciuiumq;
Defensor fuit ille, & uniuersi
Regni laus, columen, corona, asylum,
Musarumq; Parens & unus altor.
Lugete ô Proceres, ob istud omnes
Funus, fletibus ora & irrigate:

En plangunt Superi, gemuntq; tristes
Musæ ipsæ, Charites dolent, gemiscit
Contristata Ceres, Apollo mœstus
Est, flet Mercurius, Venus querelas
Edit, Iuno furore concitatur,
Lucem Cynthia subtrahit coruscam,
Pullas Phœbus & induit tenebras,
Nymphæ carmina luctuosa pangunt,
Syluas mœsta vagas Diana linoquit,
Pallas dilacerat libros, sagittas
Mars frangit, calamosq; Pan agrestes.
Tàm sœuus superos dolor fatigat,
Mortalesq; simul coarctat, ut nec

Tales

154

Talem sæcula senserint vetusta,
Et nec sæcula sentient futura.
Tempus cuncta licet ferat, teratq̄,
Hunc nunquam poterit leuare luctum.
Olim qualis erat ferox Achilles
Græcis, qualis & Hector acer olim
Teucris, Scipio qualis ille fortis
Romanis fuerat togâ atq̄ bello;
Talis, vel tribus hisce CHRISTIANVS
Princeps maior, adhuc licet virescens
Annis, mente tamen senes manuq̄
Æquans, (inuida fata si tulissent.)
Euasisset, ab omnibus tremendus.
O tristem nimis, ô inestimandam
Iacturam: quis enim pericla tanta,
CHRISTI Ecclesia pressa, CHRISTIANO
Extincto Duce, quis ubiq̄ nostro hoc
Est obnoxia tempore, explicabit
Verbis? mente quis assequetur unquam?

Tàm præstanti etenim bono quod Orbis
Orbis sit, careatq̄ Christianus,

A iij

Nulli

Nulli possumus imputare culpam,
Quàm nobis, ea sola culpa nostra est.
Non ergò fremere & moueri ad iram
Sed saltem gemere & dolere ob istam
Cladem nos decet, atq; deprecari.

Tu cœtum, pie **CHRISTE**, Christianum
Sacris vulneribus tuis redemptum,
Quem iam cernis ubiq; discipatum,
Conserua, recreaq; **CHRISTIANI**
Natos principis ipse Christianos
Consolare, iuuua, bea, & gubernā,
Verbi ut dogmata sacra Christiani
Defendant, foueantq; **CHRISTIANVS**
Hoc fecit Pater ipse, iamq; morti
Vicinus monuit paternè eosdem:
Hoc Ecclesia ubiq; Christiana
En votis precibusq; Christianis
Vult, hoc singuli in Orbe Christiano
Optant, maxime **CHRISTE**, Christian.

L

154

Distichon continens annum
obitus:

VnDlqVe pressa IaGes, pLange, ô eCClesia,
pLange:

HeV ChristianVs DVX obit,

Johannes Fritschius Philosophiæ &
I. V. Doctor, &c.



MUSEUM

1773

1773

1773

1773

Umg. VI 67

[Dissertationes

miscell. Vol. 21.]


ULB Halle


3

002 402 475



A-20





86

cc)

180

In obitum

ILLVSTRISS.
AC POTENTISSIMI
PRINCIPIS AC D. D. CHRISTIANI
DVCIS SAX. SACR. ROM. IMP. ARCHI-
*narschalci ac Electoris, Landgrauij Tu-
ringiae, Marchionis Misniae, Burg-
grauij Magdenburgensis*

EPITAPHIVM

Scriptum a

Ioh. Fritschio D.



GORLICII

Imprimebat Ambrosius Fritsch,

Anno

*Vn*Cels *Chr*ISTICOLIS *LV*g *V*brl, *tr*l *st*
*Sa*Xonib *V*s *o* *ab*ominabili.

425

